

collocando, quod idem Bartholomaeus
paeifice semper tulit, nullum verbum
effundens malum, nec quidquam pro-
fari auditum est ex ore ejus. Schisma
jam dictum in Ecclesia Dei antiquatum
per triginta tres annos, et ultra dura-
vit, et adhuc viget. Causa tanti schi-
smatis, ut audiui, fuit quia idem Ur-
banus, dum fuisset electus conditionaliter,
ut denunciarere deberet, dum a Cardini-
bus incitaretur, idem coepit eos male
tractare, quosdam beneficiis spoliare,
quibusdam ponens metam in eorum, et
familiaribus, propter quod indignati Car-
dinales de ipsius Urbani morte tractare
coeperunt; propter quod ad jam dictam
eorum privationem, et antipapae ele-
ctionem devenit. Ut tamen tyen-
tibus non desit veritas, Gregorii XI tempore,
qui Aversione morabatur, Ecclesia Ro-
mana in Italiae partibus agitata,
et omnes ipsius civitates, et castra per-
dente, Gregorius Romam devenit omnia
reformare desiderans, et credens, ibidem
idem extremum claudit, quo mortuos